



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Exercitium Perfectionis, Et Virtutum Christianarum

In tres Partes distinctum

**Rodríguez, Alonso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1622**

VIII. De primo medio ad fructum inter proximos faciendum: bona inquam & sancta vita.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40105**

tatio cessit, vt ad oculum viderint & confessi sint, merito se ob eandem à Deo castigari. Cauere sane & timere debemus, ne pro lubitu atque ex arbitrio nostro, habitationis locum, aut aliquem denique gradum nobis desideremus: sed in omnibus simpliciter nos Deo, per m dium obedientia, dirigi & conducti sinamus: vbi cunq; enim locorum nos ipse constituet, in eo & melius viuemus, & tutiores ac securiores erimus.

*Obedientia fructus.*

CAPVT VIII.

*De primo medio ad fructum inter proximos faciendum: bona inquam & sancta vita.*

Iam generalia aliquot media, ad proximum iuuandum conducentia, de quibus in septima Constitutionum parte B. P. N. loquitur, prosequemur, omisis aliis particularibus, quæque Sacerdotibus propria sunt: de quibus in quarta eorum parte agit. Et quamquam quæ in præsens dicturi sumus, ad proximi promotionem vtilitatemque potissime referantur, talia ea nihilominus erunt, vt simul etiam ad nostrum proprium bonum & perfectionem spectent. Nam, vt i in iio dicebamus, tam duo hæc in Societate inuicem coniuncta sunt & fororiant, vt, quod proximo iuuando conueniens medium est, simul etiam nobis perficiendis sit opportunum, &, quod ad nostram est vtilitatem inuentum, non minus in proximi commodum cedat. Quamobrem quod hic dicturi sumus, erit huiusmodi, vt in genere omnibus valde prodesse queat.

Primum autem quod eo loco proximis iuuandis perficiendisque medium B. P. N. assignat, est bonæ vitæ exemplum *Et primo quidem confert bonum exemplum totius honestatis ac virtutis Christianæ, vt non minus bonis operibus, magis, quam*

*7 p. Confir. cap. 4. 4 p. Confir. cap. 8.*

*Zelus animarum & perfectio propria se inuicem inuant.*

*verbis, eis adificationi esse, quibuscumque agitur, curens* Bona enim & sancta vita, quodque homo primo sibi ipsi profecerit, & rem propriam promouerit, primarium & efficacissimum est ad multum inter proximos fructum agendum, medium. Quemadmodum quæ arbores magis sibi excreuerint, plus hæc Dominis suis fructum ferunt; pari modo prædicator & confessarius, qui magis sibi ante profecerit, magis etiam alius, quos tractabit, proderit.

*Bona vita adificat proxima. Simile.*

Medij huius momentum & necessitas inde primo colligitur, quod certissimum sit, bonæ vitæ exemplum longe ad hominibus persuadendum efficacius ac potentius, quam quæcunq; haberi queant verba aut conciones. Vnde etiã Iesus Christus, Redemptor orbis, viam ad cælum docere primo cæpit operibus, ac deinde verbis. At quippe Lucas, *Capit Iesus facere & docere.* Primo triginta voluit annis laborare & facere, vt triennio doceret.

*Exemplum efficacius verba.*

*Christi exemplum.*

Hanc etiam ob causam Ioannem Baptistam in desertum concessisse ait D. Hieronymus, *vt Christum predicaret Ego vox clamantis in deserto.* Quarit hic sanctus Doctor, quomodo Ioannes desertum elegerit ad prædicandum; cum illud magis, ne quis ab vilo mortalium videatur vel audiat, quam ad prædicandum conuenire videatur. Ac responder: Idcirco huic officio Christi prædicatorem & præconem desertum locum delegisse, vt homines, nouum vitæ genus in prædicator hoc videntes, eum inciperent admirari, & ad agendam penitentiam, vitia deserenda, prædicatoris que ipsius imitandi studium excitarentur. Sciebat vtique Ioannes exemplum esse medium ad auditores commouendos, fructusque in ipsis edendos, longe quam verba & voces, potentius & efficacius. Vnde etiam de eo in Euangelio legimus. *Erat lucerna ardens & lucens* quia ardens sibi in amore Dei, simul etiam ingentem ad proximum, vitæ suæ adeo admirabilis exemplo, lucem ac splendorem emittebat.

*Ioannes in deserto efficacius conuincatur.*

*Ioan. 8. Lucerna ardens sibi lucem proximis.*

Tritum ac cuius notissimū est illud Seneca dictū: *Longius est per præcepta bene*

*Lib. 1. Epist. 16.*



ne & efficax per exempla: quia homines amplius oculis quam auribus credunt. Aliam rei huius rationem dat S. Bernardus: *Sermo*, inquit, *uiuus & efficax, exemplum operis est, plurimum faciens suadibile, quod monstratur suadibile, dum in mirum ipsum opere prælati, & executioni mandari auditores vident ab eo ipso qui faciendum monet, quo viso, etiam ipsi maximo opere ad illud exequendum animantur.*

Tanta quippe est, teste S. Augustino, hominis infirmitas & imbecillitas, ut quæ difficillimè ad bonum aliquod faciendum se applicet, nisi ante eius in alio exempla videat. Hanc ob causam permagni refert, inquit, ut ipse Euangelicus doctor & prædicator bonus sit, ut auditores habeant quod imitentur. Vnde etiam Apostolus sic suos auditores compellat. *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.*

Huc accedit, quod dum homines prædicatoris & magistri sui vitam & mores, doctrinam, quam docet, respondere & conformes esse vident, statim sibi persuadent, præcepta eius ex intimis animi visceribus proficisci, magnamque ea proinde ad mouendum & persuadendum vim habere: at, si quando vita ab doctrina discrepat, parum posse quiddam dicitur. Quare egregie S. Basilius & Chrysostomus ostendunt, eum, qui aliter viuit ac docet, non verum, sed fictitium & falsum prædicatorem ac doctorem esse, ac velut histrionem agere. Sicut enim histriones modo Regis, modo Dynastæ, modo opulenti alicuius personam agunt; Rex tamen, Dynastæ, aut opulentus non sunt: ita etiam ille, qui non nisi verbis docet & prædicat. Scitè quidem representas humilitatem, non tamen es humilis; scitè mundi & honoris omnis contemptum prædicas, nondum tamen planè mundum & honorem sæculi spreuisti: quare histrio es & mimus, non prædicator Euangelicus.

Hos ipsos eodem loco Basilius etiam comparat pictoribus: quia sicut hi, esto sint deformes, egregie nihilominus hominis alicuius pulchritudinem in tela vel tabula declinant: ita prædicatores nonnulli,

esto ipsi sint superbi; scitè tamen humilitatem norunt depingere, & præclara multa de eadem documenta adferre: esto cholericus & impatientes, patientiam nihilominus suis delineare coloribus nouerunt: esto garruli & vagi, multa de silentio ac recollectione solitaria elogia depromere.

S. Augustinus vero similes hos esse ait *Serm. 34. de terminis illis faxeis, qui in agris fixi, digito quæ eundum sic viatoribus demonstrant, 3. Terminis agrarum.* ipsi nihilominus fixi loco suo manent. Tales, inquit, fuerunt Scribæ illi & Pharisei, qui Magis viam in Bethleem ostendentes, ipsi eodem proficisci noluerunt, imo ne pedem quidem mouerunt.

S. Hieronymus explicans hæc verba Salomonis, *Abcondit piger manum sub sella sua, & laborat si ad os suum eam conuerterit,* per pigrum hunc optimè ait intelligi posse prædicatorem, qui quæ docet, facere detrectat, & omni manus, verbis opera non adaptat.

Gregorius Nazianzenus denique, eum, *Et qui vna manu non etiam verbis prædicat, vna manu animas dicit quodammodo auocare, alia destruit a se pellere; vna manu extruere, alia destruxerat.*

Hi sunt Pharisei illi & Scribæ, quos Christus in Euangelio reprehendit, dicens, *Qui dicunt, & non faciunt:* qui nec verbis suis mouent, neu fructum aliquem faciunt.

*Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno celorum:* tales igitur sunt prædicatores Euangelici & Apostolici, quique vitæ suæ honestæ exemplo ceteros in animabus fructificant. Nam, quoniam sanctitas supernaturale quid est & diuinum, hinc & omnes naturaliter iis venerationem & reuerentiam plusquam humanam deferunt, eosque non ceu homines, sed velut Angelos, intueri, audire, ac suspicere videntur. Hinc ea quæ dicunt, velut cælitus demissa accipiunt, per eadem mirè mouentur, animoque suo intimè insculpunt. Hac de causa Apostolus vineæ dominicæ operarios rogat, ut se irreprehensibiles & inconfusibiles præsentent, & exemplum



2. Tim. 2. 15.  
Tit. 2. 7.

Bona vita  
Deus plura  
tribuit me-  
dia iuuuan-  
di proxi-  
mos.

10. p. Const.  
§. 2.

Plus gratia  
quam na-  
tura tribu-  
it.  
Reg. 10.  
Summarij.

Ad finem  
supernatu-  
ralem me-  
dia quoque  
supernata-  
re adhi-  
centur.  
Cap. 13.

emplum sint fidelibus in castitate, chari-  
tate, ac reliquis virtutibus, vt sic doctrina  
eorum potens & efficax sit, ad eos qui for-  
is sunt confutandos, & conuertendos.

Bona itaque & sancta vita præcipuum  
est ad proximos iuuandos medium. Pri-  
mò quidem propter exemplum, vt iam o-  
stendimus: secundò, quia, vt DEVS nobis  
ceu instrumentis vtatur, ad multum  
inter proximos fructum colligendum,  
per magni refert nos in virtute & mortifi-  
catione insignes iam progressus fecisse.  
Beatus P. N. in decima Constitutionum  
parte, de Societatis conseruatione & in-  
cremento, necnon de medijs, quæ nobis  
ad spirituales finem, propter quem insti-  
tuta est (animarum videlicet conuersio-  
nem) consequendum mirificè con-  
ducit, loquens, ait, media, quæ instrumen-  
tum Deo arte coniungunt, ipsumque  
disponunt, quo melius à diuina manu di-  
rigatur (qualia sunt media bonitatis &  
virtutis) ad hoc esse efficaciora, quam  
quæ quem erga homines disponunt (vt  
sunt literæ, aliaque dona naturalia &  
humana) ac proinde ijs præcipue niti nos  
debere & comparandis insistere. *Omnes,*  
inquit, *in virtutum solidarum, ac perfe-*  
*ctarum & spiritualium rerum studium*  
*incumbant, ac in huiusmodi manus mo-*  
*mentum, quam in doctrina vel alijs do-*  
*nis naturalibus & humanis constitutum*  
*esse ducant. Illa enim interiora sunt, ex*  
*quibus efficaciam ad exteriora permanere*  
*ad finem nobis propositum oportet.*

Cuius rei ratio manifesta est. Si enim  
humanum res hæc finem haberet, &  
hominem referretur, humana media  
& prudentia satis essent ad ipsam leu-  
exitu concludendam: at finis, quem in  
ea spectamus, supernaturalis & diuinus  
est, scilicet hominum corda concitare,  
animas DEO creatori lucrificare, cas-  
que è peccatis educere. Neque vero no-  
strum est sanctitatem in animabus creare  
& ingerere, sed eius, qui in ipso mundi  
primordio dixit, *Fiat lux & facta est lux.*  
Omnis quoque nostra doctrina, omnis

prudentia, omnis diligentia & industria,  
atque adeo quæcumque naturalia & hu-  
mana adhibere possumus media, nullam  
prorsus habent cum sine hoc proportio-  
nem. Solus Deus est, qui in cordibus lu-  
cem creat, & verba vitæ dat: quin imo to-  
ta instrumenti vis & efficacia ad fructum  
aliquem in animabus faciendum, à DEO  
duntaxat prouenit. Illa proinde media,  
quæ DEO nos artius coniungent & vni-  
ent, aptiora nos & efficaciora instru-  
menta facient, ad animas conuertendas,  
quo enim Deo magis vniti & coniuncti-  
rimus, eo gratiarum eius ac donorum cæ-  
lestium influxus melius intra nos ipsos re-  
cipere, itaque eos in alios transfundere  
poterimus.

S. Dionysius Areopagita, loquens de  
sanctitate & perfectione, quam Sacerdo-  
tes & ministri Euangelici, per quos suam  
Deus substantiam & sanguinem cupit di-  
spensari, præferre debent, eos ait esse de-  
bere primo sanctos in se, vt sic sacrificent  
alios perfectos, vt perficiant proximum;  
tantam quoque Dei habere lucem & co-  
gnitionem, itaque illuminatos esse, vt et-  
iam alios illuminare, lucemque suam vi-  
cinis communicare possint; ita denique  
amoris diuini aestuare incendio, vt illum  
suum etiam alijs afflare & eundem amo-  
rem in corde proximi accendere queant.  
Nam, vt bene ait Gregorius, *Qui non ar-*  
*det in se, non incendit alios.*

Vnde etiam sanctus ille vir, F. Thomas  
de Villanoua, Archiepiscopus Valenti-  
ni, saepe dicere solebat, *Quomodo de cor-*  
*de frigida ardentia scintillare poterunt*  
*verba?* Tum vero verba tua in proximo a-  
morem Dei accendent, quando è corde ex-  
fluante, & amoris diuini flammis accen-  
so profolient. Tunc quoque per hunc  
mundum ignem illum sparges ac diffun-  
de; quem Dei filius in terram venit mit-  
tere. *Iguem,* inquit, *uens mittere in ter-*  
*ram, & quis scolo, nisi sit accendatur?* Tunc  
denique plus vnum proderit verbum, quam  
alia centum.

Scripsit olim Plato veritatem quandam,  
in qua plus dixit, quam sciuit. *Quemad-*  
*modum,*



modum, inquit, magneti ea inest virtus, vt ferro quod tangit, virtutem attractiuam quam habet, imprimat; adeo vt ferrum, cui magnes affricus est, non minus alterum ad se ferrum trahat, quam ipse met magnes. (quam lapidis huius virtutem summopere est S. Augustinus admiratus, dum eius rei experimentum coram videret: vidit enim ab annulo ferreo, cui magnes affricus erat, alium annulum attrahi, & ab hoc rursus alium, & à tertio quartum, vt omnes hi catenam quandam in aere efficerent, è mirabili hac cohesione connexam.) ita homines, inquit Plato, à Deo tacti, hanc virtutem habent, vt etiam alios ad Deum attrahant. Si ergo verba nostra non sapiant: nec redolent homines à Deo tactos, quomodo ad Deum alios poterunt attrahere? Si amoris diuini ignis in corde tuo non ardeat, quo alios modo poteris incendere?

Etiã secularis Rhetorices magistri docent, nihil esse, vt quem moueat orator, potencius, melius & efficacius, quam si ipse antea verè in animo motus & concitatus sit. qui enim alium ad lachrymas mouebo, si me ipse oculos secos videat habere? quomodo dolentem auditorem faciam, si nullum me vultu dolorem, nullum tristitiæ sensum videat præferre? quomodo ad indignandum excitabo, si me indignari non ostendam? Pari modo, quomodo ad mundi contemptum alios mouebit aut concitabit, qui verè & ex animo mundum non contempserit? quomodo affectum erga mortificationem alijs ingenerabis, qui cum ipse non habet? quomodo denique alios faciet humiles, qui humilis non est? Nihil aduenit, nisi ignis, nihil humectat quam aqua; nulla res alijs colorem indere potest, quo ipsa careat. nemo quippe dat quod non habet, itaque quod ipse non habet, quomodo id alijs dare aut imprimere velis?

Etis ceu inanes bombardæ, quibus pila scireta ingesta non est; hæc siquidem acrem

duntaxat fragoribus ac tonitruo complent, muros autem nec deiciunt, nec hostem. His ergo assimilantur concionatores verborum pleni, affectu vacui: qui non nisi inanes verborum bombos & strepitus cient, & vt loquitur Apostolus, quasi aerem verberant; neminem vero prosterunt, nullius cor fauciant, quia nulla ijs inest pila, nulla inquam substantia, nulla vis, nulla virtus, aut spiritus. hæc autem sunt, quæ reliquis robur & efficaciam suppedicant.

Concionandi talentum non consistit in verbis, non in artificio & succo rhetorico, non in sublimibus aut subtilibus conceptibus. neque enim hoc modo concionabatur ipse Gentium Apostolus, & vas illud à Deo ad mundi conuersionem electum; sicut id ipse de se ad Corinthios scribens, testatur: *Et ego cum venissem ad vos fratres, ueni non in sublimitate sermonis aut sapientiæ, annuntians uobis testimonium Christi: non enim iudicauis me scire aliquid inter uos, nisi Iesum Christum, & hanc crucifixum* Et deinde: *Sermo meus & prædicatio mea non in persuasibilibus humana sapientiæ uerbis, sed in ostensione spiritus & uirtutis, ut fides uestra non sit in sapientiæ hominum, sed in uirtute DEI* ne ipsa mundi conuersio humanæ aut eloquentiæ, aut sapientiæ, sed uoi Dei uirtuti ascriberetur, non, inquit, in sapientiæ uerbi, ut non euacuetur crux CHRISTI. Sic prisci illi, sanctique Patres, uti historia Ecclesiastica & Tripartita, magna sane ipsorum laudè, scribit, tum sanctè concionando, tum bene consulendo, solebant sine omni affectatione, & argumentorum rhetoricorum artificio alios edocere; sed, ceu prudentes quidam medici, prout conscientiarum auditorum suorum infirmitates id exigere uidebant, ita uerborum medicamenta applicare. Tales porro & conciones nostræ & spirituales discursus sine oportet. non prædicamus, ut prædicemus nos ipsos, sed Deum. Non enim, inquit Apostolus, nosmet ipsos prædicamus,

1. Cor. 9. 26. Concionatores aerem verberantes.

1. Cor. 2. 1. 4.

Concioni fructum non dona naturalis sed uirtus tribuit.

1. Cor. 17.

Histor. Escl. p. 2. lib. 2. c. 6. Sanctorum concionandi ratio.

Deum prædica non te. 2. Cor. 4. 5.



*dicamus, sed Iesum Christum Dominum nostrum.* Certissimum sane est, concionatores illos, qui non nisi suam eruditionem, eloquentiam, & elegantioris idiomatis cognitionem in concione ostentare satagunt, perexiguam concionando fructum facturos. Primo quidem propter eam causam quam diximus: auditores namque, quibus vel mica salis aut iudicij est, haud difficulter intelligunt eum, qui hoc modo praedicat, ijs quae dicit, sibi adulari & applaudere, ex ijsque voluptatem se capere, magis se disertum & eloquentem, quam fructus apud auditores suos faciendi cupidum ostendere volendo.

*Res negligitur dum verbis attenditur. Quintil. lib. 8.*

Secundo, quia omnem haec ipsa elegantia confectio fructum demerit, & quod dicitur quis est elegantius ac floridius, eo minus est utilitatis allaturus. Verissima namque est illa Rhetorum sententia, *lacet in oratione sensus, in qua verba laudantur.* Id est, homines, tum negligunt attendere rebus, dum verba audiunt florida & compta (haec namque debitam sententiae attentionem suffurantur) neve tunc ea quae sibi dicuntur, spectant, propterea quod, quomodo eadem dicantur, attendant. Si ergo etiam rhetores in oratore id carpunt, & vitio vertunt, quanto potius in Evangelico id est concionatore reprehendendum, cui ad animorum salutem & utilitatem duntaxat respiciendum est.

*1. Cor. 12. 7. Utilitas est festivo spiritus ad utilitatem: sic & donum concionandi a Deo non nisi ad utilitatem proximis datur. Hinc etiam semper in hanc suos praedicator oculos conijcere debet. Vnde bene S. Hieronymus Nepotianum monet: Docentem in Ecclesia non clamor populi, sed gemitus suscitetur: lacryma auditorum laudes tuae fiat. Bonae inquam concionis indicium est, non audientium applausus, neve dicant, Numquam sic locutus est homo, vel hem, quam praedicator & quam rara protulit! quam bene ea dixit! sed eorum compunctio & lacrymae, ne non morum correctio & vitae mutatio.*

*Epist. 2. ad Nepotianum.*

*Ioan 7. 46.*

*Iachryma fructus bona concionis.*

Et in hoc vno ipsum praedicandi talentum situm est; quod scilicet hominem ut instrumentum Deus deligat, ad corda auditorum commouenda, utque verborum eius adminiculo & vi homines meliora persuadeantur, malum vitae praeteritae statum ad animum reuocent, de comissis doleant, & ex corde toto ad Deum conuertantur.

Hinc R. D. M. Auila dicebat, *Predicare non est, hore spatio de loco superiore de Deo loqui; sed hoc hinc inde de auditoribus quidam, qui de mou ingressus est, Angelus factus egreditur. In eo spijam concionandi talentum consistit.* Et alius quidam Dei seruus illam demum bonam & fructuosam concionem dici posse dicebat, postquam auditores capite demisso cogitabund ac subtristes incedunt, inuicem non loquuntur, ne quidem intuentur. Hoc quippe signum est, quemque ex ea aliquid quod ad rem suam proprie faciat, domum referre.

R. P. N. Franciscus Borgia cum in Cantabria concionaretur, potissima auditorum pars non capiebat ea quae diceret, cum quod frequens esset auditorium, & omnes cathedrae vicini esse non possent, tum quod linguam Castellanam Cantabri non intelligerent. Nihilominus miramur omnes attentionem summo silentio praeferebant, quam etiam lacrymis testabantur. Rogari vero nonnulli, cui in concione quam non intelligerent, lacrymarentur, eos qui non idem se fieri responderunt, quod sanctum quendam Ducem viderent; tum vero magis, quod quasdam in intimis animarum penetralibus Dei voces & inspirationes sensibiliber perciperent, quae, quidquid e suggestu concionator distrus proloqueretur, ad se deferrent, & singula sensa illius exponerent.

Alias cum Cardinalis Henricus, Lusitaniae infans (qui deinde ad Lusitanorum regnum euectus fuit) hunc ipsum Borgiam rogaret, ut ad populum exhortationem faceret, & ille se ob corporis ex itinere defatigationem excusaret; retulit Cardinalis, *Nolo praedice, satis mihi est ut suggestum ascendant, itaque a populo unice uocato ple.*

*Concione- ter instru- mentum Dei ad ui- uificanda- cenda.*

*Concione- reru talen- tum est a- nimae con- uertere.*

*P. Borgia- moneet pro- concione- abjente; q- uos qui non intellige- bant.*

*Lib. 1. tit. 1. Vita- Cardinali- Henricus- P. Borgiam- uocato con- cione- uocato ple.*



uerso videatur is qui quidquid habebat, ex Dei amore deseruit. Hoc igitur prædicat ac loquitur, & maiorem haud dubiè in animabus fructum causatur, quam plurima verba & voces, ipsum inquam exemplum, & vita sua stimula. Hoc proinde nobis procurandum est, huc præcipuè nobis est studio intendendum, vt Deus Opt. Max. ad animarum conuersionem nobis, tam concionatoribus, quam confessorijs, & omnibus omnino, quibus proximos curare propositum est, utatur.

## CAPVT VIII.

## De secundo proximi iuuandi medio, oratione videlicet.

fusus: sicuti hunc locum exponunt & intelligunt Sanctus Augustinus & Origenes.

Si porro victoria de hostibus corporalibus (ad quam tamen vires nostræ, & potentia humana aliquatenus proportionatæ videntur) à Deo non nisi orationum adminiculo concedatur: quid erit de victoria de inimicis spiritualibus, deque animarum errantium conuersione dicendum, in qua humana media, vires & industria tam parum possunt, atque adeo exiguæ sunt, vt nullam prorsus cum tam sublimi fine proportionem habeant. Istuc quippe negotium solis est orationibus & gemitibus apud Deum conficiendum: hæc Deum placare, & veniam delictorum, necnon vitæ emendationem ab eo consequi debent.

Medii autem huius valorem & efficaciam serio ponderat & declarat S. Augustinus super illa Dei ad Moysen verba, *Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos* Cum filii Israel vitulum constabilem adorassent, & Deus eos extirpare vellet; Moyses populi patronum apud Deum & sequestrum agens, sic eum compellauit: *Cur Domine irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de terra Ægypti in fortitudine magna, & in manu robusta? Ne queso dicant Ægyptiis, callide eduxit eos vt interficeret in montibus, & deleteret e terra quiescat ira tua, & esto placabilis super nequicia populi tui. Recordare Abraham, Isaac, & Israel seruorum tuorum, quibus iurasti per te ipsum, dicens, Multiplicabo semen vestrum, sicut stellas cæli, & uniuersam terram hanc, de qua locutus sum, dabo seminivestro & possidebitis eam semper*

Respondit autem Deus, *Dimitte me, quia eos delere & exterminare de mundo volo. Quid est hoc, Domine? cur dicis, Dimitte me? quis te aut tenet, aut detinere potest? quis manus tuas vincire? (Voluntati enim eius quis resistit?)* Quomodo ergo dicis, *Dimitte me?* Hic, ait Augustinus, orationis robur & efficaciam videbis, & quantum apud Deum Dei.

ca pos-

ne animas lucrabis mur.

Serm. 91 de templo Hierosol. 13 super Numer.

Si victoria corporalis oratione magis, quanto magis spirituali!

Quæst. 149. super Exod. Exod. 32. 10.

Moyses argumenta ad persuadendum Deo.

Rom. 9. 19. Moyses oratione te-

nuit iram Dei.

Confit. A quam B P N adfert, est oratio: tuatur etiam, inquit, proximus sanctis desiderijs & orationibus. Nam, quoniam hocce animarum lucificandarum & conuertendarum negotium supernaturale est: hinc orationibus, lachrymis, gemitibus magis ipsum consequimur & peragimus, quam verbis & vocibus. Sic magis ad victoriam de Amalecitis relatum contulit, maioremque in ea partem habuit Moyses oratio, quam vniuersæ bellatorum hastæ & gladii. Nam quam diu Moyses manus in altum sustollebat, vincebatur, vnde postea necesse fuit manus eius, vtrimque vnam, à duobus viris sustentari ac suffulcari, vt sic semper sublimè elata existeret: atque ira demum penes Israel victoria stetit. Hac ratione suos populus Dei hostes debellabat. Hoc item Madianitæ visis illustribus Hebræorum victorijs, veriti, ad inuicem dixerunt, *Ira delebit hic populus omnes qui in nostris finibus commorantur, quomodo solet bos herbas vsque ad radices carpere, ore scilicet, id est orationibus ore* Rodriguez exercit. pars 3.